



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Benedictio novæ Crucis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

mini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Reſp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**O**Mnipotens sempiterne Deus , majestatem tuam supplices deprecamur, ut vasculum hoc , pro Corpore Filii tui, Domini nostri Iesu Christi, in eo condendo, fabricatum , benedictionis **†** tuæ gratiâ dicare digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. *Reſp.* Amen. *Deinde aspergit illud aquâ benedictâ.*

Benedictio novæ Crucis.

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Reſp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**R**Ogamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut digneris benedicere **†** hoc signum Crucis , ut sit remedium salutare generi humano , sit soliditas fidei , profectus bonorum operum, redemptio animarum , sit solamen , & protectio ac tutela contra sæva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. *Reſp.* Amen.

Alia

*Alia Oratio ad idem.*

Benedic † Domine hanc Crucem tuam ,  
per quam eripuisti mundum à dæmonum  
potestate, & superasti passione tua suggesto-  
rem peccati, qui gaudebat in prævaricatione  
primi hominis per ligni vetiti sumptionem.  
*Hic aspergat aquâ benedictâ.* Sanctificetur hoc  
signum Crucis , in nomine Patris † , & Fi-  
lli †, & Spiritus † sancti ; ut, orantes incli-  
nantesque se propter Dominum ante istam  
Crucem , inveniant corporis & animæ sani-  
tatem. Per Christum Dominum nostrum.

*Resp.* Amen.

*Postea Sacerdos , genuflexus ante Crucem , devote  
adorat & osculatur ; & idem faciunt quicumque vo-  
luerint.*

Benedictio Imaginum I E S V Christi  
Domini nostri, Beatæ V. MARIÆ,  
& aliorum Sanctorum.

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Do-  
mini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.*  
Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Mnipotens sempiterne Deus , qui San-  
ctorum tuorum imagines , *sive* effigies,

Fff 3

sculpi